

hæc sunt argumenta, quibus collectis legitime
Illustriſſ. AUCTOR conclusit Raphano Rapha-
 nistro causam morbi hujus adscribi debere. Ex
 his concludere licet; quod etſi plantæ Tetra-
 dynamæ, vel cruciformes semper acrimonia
 gaudeant, hanc augeri posse, à plurimis cir-
 cumstantiis. Tempeſtates pluviosæ, loca ubi
 crescunt, ſi humida ſint, ſi ad ripas aquarum lo-
 centur, hanc valde addaugent. Hinc intelligi-
 tur, cur aquosæ plantæ ſemper ſint acriores,
 cur plantæ primo vere prodeunteſ, ubi ple-
 rumque pluviæ abundant, fere omnes acres
 multæque veneſatæ ſint. Inde etiam conclu-
 dere licet, alias quoquæ Tetradynamas plantas
 ſi inter Segetes crescunt, poſitiſ omnibus cir-
 cumstantiis iisdem, eosdem, plus minus abſ-
 que dubio producturas effectus. Quare hujus
 etiam rei rationēm ab Oeconomiis habendam.

MONADELPHIA POLYANDRIA.

HIBISCUS SABDARIFFA: foliis ferratiſ; inferioribus ovatis, indiviſis; superiori-
 bus ſepenis, partitiſ; caule inermi; floribus
 ſeffilibus. *Jacq. Obs. z. t. 35.* Caulis iner-
 mis, linea à petiolis utrinque decurrente: Pe-
 tioli ſubtus aculeiſ retro ſpectantibus.

Bangue Indorum ex Hibisci hujus foliis
 (teſte HERMANNO in *Mat. Med.*) pari fere
 modo

192 MONADELPHIA POLYANDRIA.

modo confici, uti de Bangue Persarum, seu
Maslac Turcarum, sub Cannabi sativa dictum:
vel etiam folia hujus in pulverem teruntur, eli-
xantur cum Oryza in eundem finem, scilicet
ad hilaritatem, & Temulentiam inducendam.
Amœn. Acad. 6. p. 184.

DIADELPHIA
HEXANDRIA.

FUMARIA BULBOSA: caule simplici;
bracteis longitudine florum.

Radicem plantæ hujus sub radicis Aristolo-
chiæ fabariæ nomine habent officinæ: hæc
amara, acris, vi emenagoga pollet. à LINNE'.

OCTANDRIA.

POLYGALA VULGARIS: floribus crista-
tis, racemosis; caulis herbaceis, simplici-
bus, procumbentibus; foliis linear-lanceola-
tis. *Oed. 516.*

Polygalum DIOSCORIDIS, ex descriptione,
& viribus, diversissima planta est à nostra. DA-
LE non absque fundamento credit, Corol-
lam junceam *Linn.* DIOSCORIDIS Polygalam
esse. Planta, de qua sermo, jam pridem in
officinas nonnullarum Regionum recepta; te-
ste laudato DALE. Hujus folia in vino co-
cta alvum dejicere GESNERUS testatur.

Per